

Elegerunt septem viros plenos Spiritu Sancto.

Léctio Actuum Apostolorum

6, 1-7

- ¹ In diébus illis, crescén-te número discipulórum, factus est murmur Græcór-um advérsus Hebræos, eo quod neglegeréntur in ministério cotidiáno víduæ eórum.
- ² Convocántes autem Duódecim multitudínem discipulórum, dixérunt: «Non est æquum nos derelinquéntes verbum Dei ministráre mensis;
- ³ consideráte vero, fratres, viros ex vobis boni testimónii septem plenos Spírítu et sapiéntia, quos constituémus super hoc opus;
- ⁴ nos vero oratióni et ministério verbi instántes érimus».
- ⁵ Et plácuít sermo coram omni multitudínem; et elegérunt Stéphanum, virum plenum fide et Spírítu Sancto, et Philíppum et Próchorum et Nicánorem et Timónem et Pármenam et Nicoláum prosélytum Antiochénum,
- ⁶ quos statuérunt ante conspéctum apostolorum, et orántes imposuérunt eis manus.
- ⁷ Et verbum Dei crescébat, et multiplicabátur número discipulórum in Ierúsalem valde; multa étiam turba sacerdotum obædiébat fidei.
- Verbum Dómini.